1587 7 d. 6. Maii.

22

# Archiducis Ernesti ad Magnificum Dnum Marschalcum Opalinski.

Illris et Mce sincere Nobis Dilecte. Quantum virtuti Vrae prudentiae, et quâ in isto Regno amplissimo polletis Authoritati tribuam, ac quantum in iisdem, tum etiam perspecta iam pridem erga inclytam Domum Austriacam propensa, optimaq[ue] voluntate, ponam fiduciae, ex aliis Vris literis cognoscetis. Expectationi vero meae vos tanto minus defuturos mihi esse pollicear, quo magis desiderium meum cum Patriae Vrae salute, communi bono, quod quidem hoc loci prae oculis maxime habeo, conjunctum esse intellegetis. De me vicissim Vobis persuasum esse velim, istud praecipue, cum alias quavis occasione, tum in iis quae ad vestram, ac eorum, qui vobis chari sunt dignitatem, ornamentum, et commoda pertinebunt, mihi curae fore, ut Opera Vra ac studium in Principem non ingratum, nec beneficii accepti immemorem vos contulisse intelligere possitis. Caetera N. vobis referet, cui fidem plenam adhibere in omnibus cupio, ac quod supra bos recte valere desidero. Pragae 6 Maji.